

Relatio.

1. Relatio est ordo unius ad aliud.
Relativa sunt quorum esse est ad aliud se habere.

a Quid sit ordo.

a' Est notio fundamentalis quae in notiones priores non reducitur sed per genesin suam psychologicam explicatur et determinatur
Sensus quodammodo cognoscit res absolute, sed ~~xxx~~ sapientis est ordinare; scilicet, cognoscere ordinem est opus intellectus et rationis cuius principalis perfectio est sapientia

b' In rebus est duplex ordo

Ordo rerum in finem seu in propriam earum perfectionem ultimam propter quam (cuius gratia) sunt.

Ordo partium (sive partes totius sive partes multitudinis) adinvicem.

Hic ordo est propter illum: ideo partes adinvicem ordinantur ut finis attingatur.

Ordo partium subdividi potest in lateralem et verticalem: ordo lateralis est inter partes eiusdem perfectionis ontologicae (ita mutuo ordinantur apprehensivum et appetitivum, vir et uxor, milites eiusdem gradus); ordo verticalis est inter partes diversae perfectionis ontologicae (ita mutuo ordinantur sensitivum et intellectivum; plantae et animalia; etc).

c' Omnis ordinatio est scdm aliquam mensuram quae ut talis alia mensurat et ipsa non mensuratur.

Ita Deus est mensura omnium entium; scibile est mensura scientiae; obiectum specificat actum.

In eiusmodi ordinatione comparatione habetur ordo mensurati ad mensuram a qua mensuratum in esse suo dependet; sed ipsa mensura non intrat ordinem mensuratorum; ut talis habet rationem absoluti ad quod alia referuntur.

NB agitur de mensura naturali, ontologica; non de mensura conventionali quae de se est relativum quid sed ex conventionem tractatur ut absolutum (vg unitates metricae officialiter recognitae).

b Relativa sunt quorum esse est ad aliud se habere.

"Esse" ibi non dicit actum essendi, actum essentiae; sed stat pro quidditate, definitione.

1 d 33 q 1 a 1 ad 1m; 3 d 8 q 1 a 5 ad 2m; Quod 9 a 4 ad 3m;
cf De Pot q 8 a 2 ad 11m.

Relativum ergo est quod ex ipsa sua ratione, conceptu, definitione est "ad aliud se haberi" "ad aliud ordinari"

Huiusmodi relativa dicuntur "relativa secundum esse" in oppositione ad "relativa scdm dici": haec sunt quae non ex ipso suo conceptu vel definitione sed per consequens sunt relativa; de se caput dicit quid absolutum; sed caput est pars corporis; et pars est relativum ad totum.

2. Divisio relationum (Met 5 lect 17)

a Secundum quantitatem

aequalia: unum in quantitate

inaequalia: non unum in quantitate

multiplex et submultiplex: duplum, dimidium; triplum, tertia pars....

rationes fractionales: 3:2, 5:2,... 4:3, 5:3,... 7:3, 8:3,...

irrationalia: $\sqrt{2}$:1,...

b Per reductionem ad quantitatem

identitas: idem unum in substantia

similitudo: unum in qualitate

albius: inaequale in albedine

c Scdm actionem et passionem

scdm potentiam: calefactivum ad calefactibile

scdm actum: calefaciens ad calefactum

scdm actum praeteritum: pater, filius

NB alius dicitur pater post effectum consecutum scdm aliquid

ex actione relictum sive dispositio vel habitus sive iusvel

potestas 3 d 8 q 1 a 5 c

scdm actum futurum, ad quod reducitur impotentia et impossibile

quatenus dicuntur non simpliciter sed relate ad aliquem

d Scdm mensuram: cf 1, a, c'

e Per accidens

ratione generis: medicina est relativa quia genus, scientia, est relati

ratione concretionis: similitudo dicitur relativum quia simile est

ratione accidentis: caput dicitur relativum quia pars est *relativa; pars est
accidens proprium est.*

f Ubi, Quando, Situs, Habitus non fundant relationes sed in
relationibus fundantur

Substantia et qualitas non fundant relationes ratione sui
sed ratione alterius; scilicet scdm quod ingreditur ratio quantitatis
vel scdm quod sunt vel principium vel terminus alicuius actionis
vel passionis.

3. Analysis relationis.

a Relatio est unum e decem generibus entis, e decem praedicamentis. nempe, ad aliquid, pro si.

Ut talis est essentia quaedam, scilicet ens dictum scdm habitudinem ad actum essendi

b Relatio est essentia quaedam analogice.

a' Sola substantia est essentia simpliciter; caetera novem genera habent essentiam quodammodo

Hoc manifestatur in eo quod eorum definitionem intrat aliud cuius essentia non pertinet ad eorum essentiam

Essentia quanti non est essentia quantitatis: id quod est quantum est homo, et relate ad hominem, quantitas est accidens; tamen definiri nequit quantitas quia addatur subiectum

b' Relatio duplicem additionem patitur: essentialiter est ordo; sed ordo est unius et ad aliud

Unde nota differentia relationis in comparatione ad quantitatem et qualitatem: haec et insunt subiecto et ipsum subiectum respiciunt; sed relatio inest subiecto quin subiectum respiciat; subiecto inest sed aliud respicit.

Exemplo sit scientia: est scientis et est scibilis
est scientis inq inest subiecto
est scibilis scdm propriam suam rationem

c' Unde distinctio inter relationem ut accidens, ut inhaerens; et alia ex parte, ut relatio, scdm propriam rationem relationis, scdm "ad aliud se habere."

c Diversificantur relationes secundum diversitatem analogicam unius et alterius inter quae viget ordo

Praeterea diversificantur scdm quod ordo vicens inter extrema oriatur per se vel per accidens: accidit mihi si meum pondus est ~~qua~~ aequale ponderi tuo; sed non accidit mihi ordinatio in finem

Unde habetur intrinseca relationum differentiatio, quae solet multam confusionem et obscuritatem generare.

d Differentiatio ratione extremorum (subiecti et termini)

Utrumque potest esse ens quod: Petrus est aequalis Paulo

Utrumque potest esse ens quo: ita potentia et actus quibus decem genera dividuntur

Unum potest esse ens quod, aliud esse ens quo: ita ordinatio subiecti ad finem quae est intrinseca perfectio subiecti, eius operatio; similiter forte ordinatio substantiae (id quod est) ad accidens.

Relationes divinae personales non sunt inter duo entia quae: et subiectum et terminus realiter sunt idem esse absolutum (P est Deus, F est Deus, Deus est unus); ipsae relationes non praesupponunt sed constituunt subiectum ut est subiectum (P, F, S) et terminum ut est terminus

Istae diversitates sunt magis extrinsecae: non respiciunt relationem ut relationem sed scdm ea quibus ponuntur ex additione in definitione relationis.

(3. Analysis con'd)

e Sicut in omnibus accidentibus alia sunt propria et oriuntur ex ipsis principiis subiecti (risibilitas in homine) et alia sunt contingentia et accidunt subiecto (albedo in homine), ita etiam in relationibus.

a' Relationes scdm quantitatem major pars accedit subiecto, sed minor pars est ex ipsa rei natura; unde leges naturae in formulis mathematicis exponuntur.

b' Relationes scdm actionem et passionem, inq fundantur in potentia sunt ex rei natura et propriae, inq fundantur in actu accidunt subiecto.

Ex natura sua aqua humectat siccum, ignis comburit siccum; sed accedit huic aquae vel huic igni humectare vel comburere hoc siccum.

c' Relationes scdm mensuram naturalem et ontologicam sunt ex genere relationes propriae

Proprium est creaturae referri ad creatorem, scientiae referri ad scibile, etc.

f Unde solvuntur difficultates quaedam

a' Id quod refertur, subiectum, ~~semper~~ est absolutum: forte dari potest ordo ordinis, sed extrema saltem sunt absoluta

Ratio dubitandi est quod "potentia nihil est aliud quam ordo quidam ad actum" (de An 2 lect 11 §366); videtur ergo quod in cuius essentia est ad aliud se habere est simpliciter relativum; et ita quidam auctores (vg de Raemaeker)

Contra 1^a 7 q 1 a 2 c: "potentia non est relativum scdm suum esse, sed solum scdm dici: immo potentia significat etiam illud quod est principium, et non tantum relationem principii"

Dico: potentia et actus et huiusmodi sunt entia quibus, principia entis; sed sicut ens quod non est genus (sed purum indeterminatum, simplex realitatis affirmatio), ita ens quo; unde ens quo, principium, non est ratio generica neque intrat in essentiam; ideo ne dici nequit quod adest absolutum sub ratione entis quo, principii. Sic valet obiectio.

Dico 2o: Falsum suppositum est quod relativum et absolutum sunt inter impossibilia in eadem re etiam extra divina;

duplex quid non demonstrat duplex esse De Pot q 8 a 2 ad 11m p. 138)

Assertum contradictoria apud Scotum invenies Quod q 3 n 15 (Viv 25/

Potentia est relativum, relatum, et non tantum relatio.

Sed per idem est et relativum et relatio

4. Realitas relationis.

a Sunt relationes cum rationis tum reales.

a' Sunt relationes rationis cum ipse intellectus suas intentiones intellectas ut tales ordinat; ita genus et species

Etiam relationes dicuntur rationis quando

a' idem sibi refertur

b' ens refertur ad non-ens, vel duo non-entia comparantur

c' ponitur relatio relationis, ac si ipsa relatio posset esse terminus relationis; eg creatio creationis passivae

d' scdm legem Ar "correlativa sunt simul" ponitur relatio in termino eo quod subiectum ad terminum refertur, ita Deus dicitur creator, dominus, etc.

De Pot q 7 a 11 c; 1 d 26 q 2 a 1; De Ver q 1 a 5 ad 16m

b' Sunt relationes reales

In op prioribus hoc probatur ex realitate-fundamenti- eo quod relatio, ad aliquid, est unum ex decem generibus 1 d 26 q2 a 1

In op poster probatur ex eo quod ordo rerum est realis et non subiectiva quaedam mentis constructio I q 27 a 1

In De Pot q 7 a 9 utraque ratio datur, sed haec fit fundamentum totius expositionis.

c' Criterion realitatis relationis

1 d 26 q 1 a 1: ex eo quod fundamentum est reale (cf 1 d 30 q 1 a 3 3m De Pot 7 a 10; I 13 a 7; I 28 a 1 ad 3m: ex eo quod relatum est

intra rerum ordinationem et non extra ut mensura transcendens CGent II 12 est transitio.

d' Haec posterior positio est praeferenda

Quasi-essentia enim relationis est ipse ordo; si ordo est realis, relatio est realis

Prior positio non ideo excluditur: nam sine fundamento ordo non esset realis; et haec ratio apparet etiam in op post eg Quodl 1 a 2.

b Ratione realitatis dividuntur relationes I 13 7

reales mutuae: utrumque correlativum realiter ad alterum refertur

rationis mutuae:

mutuae: correlativum aliud reale est et aliud rationis

5. Utrum relationes reales realiter a suis fundamentis distinguantur.

Quaestio est utilis ad perscrutendam realitatem relationis; omnis enim alia quaestio de ista realitate ad hanc reduci potest.

Sub hac forma haec quaestio non expresse a S. Thoma tractatur. Tractatur tamen a Scoto et communiter eius doctrina a Scotistis et Thomistis sequitur.

a Doctrina Scoti.

a' Relatio quae est accidens in creaturis propriam habet accidentalitatem, quia illa est per se res, et non est illa res in qua fundatur

Quodl III n 15 (XXV 138)

Relatio realis non est eadem res cum fundamento

QQ in Met. V, q. 11, n. 7 (VII 273a)

per se/
b' Datur realis mutatio ad realem relationem, non per se sed per accidens, in quantum mutatio/est ad terminum in alio praedicamento
In Phys V q 5 (III 208-10)
QQ in Met V q 6 n 17 (VII, 227)

c' Sicut enim non est eadem entitas ad se et ad alterum, ita sic nec eadem accidentalitas accidentis entis ad se et ad alterum
Quodl., loc. cit. sup.

d' relatio ut comparata ad essentiam est res (non tantum ut comparata ad oppositum)

Quodl III n 4 (XXV 120)

et expresse contra Aquinatem

ibid. n 6 (p 122)

e' Quae doctrina multa continet et involvit quae contradicunt opinioni Aquinatis, uti videbimus.

Opus spurium, Summa totius logicae, Mand V, admittebatur olim inter opera Aquinatis, et expresse negat realem distinctionem (nimis negat, ipsam realitatem relationis negat fere) inter relationem et fundamentum

Javellus impugnavit sententiam Caetani.

Neque Caietanus neque Ferrariensis bene solvunt difficultates quasdam ubi opinio eorum pugnat cum textu Aquinatis.

5. Relatio distincta a fundamento.

b Doctrina S. Thomae.

a' Arguitur a multis (De Raemaeker, Lohn)
"Ad se" et "ad aliud" sunt formalitates diversae; eis ergo
diversae res correspondent, secus ineluctabiliter deciperetur
intellectus.

Contra De Pot q 8 a 2 ad 11m
Duplex quid non demonstrat duplex esse: punctum est unum
et principium lineae et finis lineae.

b' Ex antecedente principio concluditur (De Raemaeker) quod
entia quibus (actus potentia) sunt relationes tantum; tota enim
eorum essentia est ad aliud se habere.

Aquinas admittit quod "potentia nihil est aliud quam ordo
quidam ad actum" De An 2 lect 11 §366

Aquinas negat quod potentia est relatio
"potentia non est relativum scdm suum esse sed solum scdm
dici; immo potentia significat etiam illud quod est principium
et non tantum relationem principii" 1 d 7 q 1 a 2 c

c' Est tamen argumentum quod habet fundamentum in Aq.
Ea sunt realiter distincta A) quae sunt realia et B) quorum
unum non est aliud
Atqui relatio realis et suum fundamentum sunt realia et eorum
unum non est aliud Ergo
min: Sunt realia: relatio, quia de realibus ex hypothesis agitur;
fundamentum, quia relatio realis non habetur ex fundamento quod
non est reale
Unum non est aliud: nam fundamentum est vel substantia vel
qualitas vel quantitas vel aliud genus quorum nullum est relatio

Tale argumentum supponi videtur, cum in textibus generalibus (a")
tum maxime in textibus circa creationem passivam (b")

a"
1 d 4 q 1 a 1 ad 4m
1 d 21 q 1 a 2 c
1 d 33 q 1 a 1 c fin; a 3 ad 4m
OGent IV 14
De Pot q 8 a 2 ad 1m 2m 3m
I 28 2m 3m
b"
2 d 1 q 1 a 2 ad 4m 5m
De Pot q 3 a 3 ad 2m 3m 5m 7m
I 45 3 2m 3m (cf 42 2 4m)
Declar CVIII Dub., q 95, Mand III 241

Admittimus inde ab initio Aquinatem in tali linea opinionis
cogitasse; eum numquam talem opinionem simpliciter abiecis-
se; eam mentem suam hac de re evoluisse et evidenter in contrariam
partem inclinasse.

d' Datur evolutio

d^v In Sent docetur identitas substantiae et relationis in divinis non habere simile quid in creatis (loc cit l d 4; d 21; d 33 utroq loco)
In Summa solvitur problema consequens ex simili in creaturis
I 28 3 lm.

bⁿ In Sent asseritur absentia compositionis inter relationem et substantiam ~~esse~~ inveniri in solis divinis (loc cit l d 4; d 33qlalc)
In de Pot universaliter negatur compositio; q 7 a 8

cⁿ Quod adveniunt et abeunt relationes sine mutatione subiecti
In Sent admittitur tantum relate ad relationes rationis

l d 26 q 2 a 1 ad 3m

l d 30 a 1 c

l d 41 q 1 a 5 ad lm

3 d 21 q 1 a 1 ad lm (cf III 16 6 2m)

4 d 41 q 1 a 1 sol 1 ad 3m (ubi forte relatio realis; affinitas superven
CGent II 12 fin

In De Pot asseritur universaliter; De Pot 7 a 8; 7 a 8 ad 3m; a 9 ad 7m

In Phys 5 lect 3 explicatur quemadmodum adveniat relatio realis quin subiectum mutetur; neque fieri potest vis in verbo "mutatio" uti apud Ferr, nam etiam dicit "nihil advenit"; neque recurrendum ad suppositum multiplicationis termini, quod suppositum non facit Aq neque per se solvit problema sed per accidens, neque universaliter sed in quibusdam.

e' Ponitur principium quo solvitur probatio distinctionis realis.

ad min: sunt realia: relatio ut relatio est realis N, ut inhaerens C
relatio non est fundamentum, ut relatio C ut inhaerens N

ista distinctio est fundamentalis apud Aq

l d 8 q 4 a 3 sol

l d 26 q 2 a 1 sol; a 2 c 3m 4m

l d 30 q 1 a 1 sol

3 d 8 q 1 a 5

De Ver 1 a 5 ad 16m

De Pot q 8 a 2 c; q 7 a 9 ad 7m

I q 28 aa 1 et 2

quod 1 a 2; 9 a 4

f' Alia essentia quanti, alia essentia quantitatis
Alia realitas quanti, alia realitas quantitatis

Sed Alia essentia relativi, alia essentia relationis, saltem in praedic
Eadem realitas relativi, eadem realitas relationis.

"Ad se" et "ad aliud" sunt formaliter diversa: utique "ad se" vel est merum ens rationis (habitus ad se ipsum) vel mera negatio (non ad aliud)

"Ad aliud" est reale: sed qua reale non est "ad aliud"; et qua "ad aliud" non est reale.

Ex uno actu intelligendi procedunt multa verba: qua singula sunt simpliciter absoluta; qua ex uno intelligibili in actu, sunt systematica, relativa, inter se connexa; sub utroque respectu sunt realia subiective et obiective; sed dividere et contraponere istos respectus est secundae intentionis.